

Dispvtationes Theologicae

Quatuor Tomis distinctæ: Qvibus Vniversa Theologia Scholastica Clare,
Breviter & accuratè explicatur

De Deo, Et De Angelis

Martinon, Jean

Burdegalae, 1644

Sect. 4. An Angeli gratiâ indiquerint vt co[n]uerterentur ad Deum, vel vt
assequerentur beatitudinem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73898](#)

iecum teneat continuare visionem sequente instanti, claudatque libere oculos sequenti instanti, peccat sine dubio: quoniam ex suppositiore quod clauserit oculos illo instanti, non possit videre, eccliam instanti, id est, non habeat omnia ad videntium necessaria, quorum visum est carentia impedimenti. Sic etiam qui peccat mortaliter per omissionem actus meritorii, perdis habitum charitatis, eo instanti quo peccat. Et tamen peccat libere, nunc codem instanti perdat habitum charitatis seu gratiae, quo constitutur in esse principii seu potentiae completa ad merendum. Sed nihilominus est liber eo instanti ad merendum, quia habet in manus sua & potestate libera complementum illud. Tendet enim ab eius libertate ut retineat habitum charitatis, & illo beneratur ut debet.

22. Respondent aliqui taleni posse mereri eo instanti quo omittit scienter & libere, peccare mortaliiter peccato omissionis, ut supponimus: quia est completa potens eo instanti, non per habitum charitatis quem perdat, sed per auxilium extraordinarium a Deo oblatum & paracita loco habitus. Sed copra: primò, Auxilium non sufficit ad hoc ut actus sit meritorius, ut suppono ex gratia de merito. Secundò, illud auxilium extraordinarium est posterius omissione. Ergo per illud non constitutur potentia completa potens ad merendum aut libere omittendum. Consequentia patet: quia quod se teret ex parte potentiae & illam constitutit completa potenterem in actu primo, est prius actu secundo, id est, effectu seu operatione potentiae. Antecedens vero probatur: quia auxilium illud extraordinarium, secundum Dei ordinacionem, non datur nisi propter defectum habitus supernaturalis, quem suppletat. Ergo supponit habitum amissum esse. Ergo supponit peccatum omissionis, propter quod habitus amissus est. Quod dixi de omissione actus meritorii, dici potest de omissione libera actus simplicis charitatis, quem iustus hic & nunc teneatur exercere, scienterque & libere non exerceat. Nam hoc secundum argumentum aequum de illo concludit.

23. Ante ergo respondendum est, concedendo antecedens obiectio, dummodo sit verè in potestate voluntatis libere velle extera necessaria: & ad illius volitione libera penderat, quod codem instanti adsinet, si velit, omnino alia ad agendum necessaria. Sicut res habet in exemplis allatis. Sed nego ita rem habere in eo de quo disputamus, nempe in exercitio libertatis ad peccandum, eodem instanti quo est visio beatifica. Nam eo instanti non est in potestate voluntatis libere velle peccare: sed est verè impotentia volendi peccare, & necessitas amandi Deum super omnia. Visio enim retrahit illam insuperabilitatem peccato, & extinguit per-

candi libertatem eadem vi, qua imponit necessitatem amandi Deum super omnia.

Porro in exemplis allatis voluntas non est actu completem potens ad exercendos actus illos, ad quae deest aliquid necessarium, prout ad legendum vel merendum. Sed virtualiter tantum, quatenus potest habere, si velit, & potest illo instanti libere velle habere: quodque non habeat, pendet a libero ipsis exercitio. Estque natura prius ipsam libere non velle habere lucem, vel non velle aperire oculos ad legendum, aut libere omittere actum meritorium, quam sit illi impossibile quod non legat, aut quam primitur habitu charitatis. Nam haec priuatio est pena omissionis. Et non legeri non est impossibile, nisi exstinctam denotionem ab actu interno voluntatis, nolentis aut non voluntatis efficaciter legeri. Neque propriez habitus charitatis pendet in conseruari ab actu cuius hoc instanti est causa, si ponatur loco omissionis: sed penderat in conseruari a Deo, non destruente, neque destruyendo, nisi prius natura committatur peccatum mortale omissionis, & abstinentia libera ab illo actu amoris precepto, in casu de quo loquimur: aut generalius loquendo, nisi prius natura voluntatis penderat in taliter peccato aliqua commissionis aut omissionis. Cuius tamen oppositum non esset causa conseruans gratiae & charitatis. Aliud enim est non posse causam destructionis, & aliud conseruare. Ex gr. Qui hominem non occidit, non potest causam destructionis ipsis: sed nihilominus non ipsum conseruat.

SECTIO IV.

Vtrum Angelii gratia inauguerint ut conseruentur ad Deum, vel ut assequentur beatitudinem?

Respondeo affirmatiue cum D. Thom. q. 62. art. 2: Pro quo suppono primò, sermonem esse huc, non a naturali conuersione affirmat in Deum, ut finem naturaliem, quam conuersionem concedit merito D. Thom. naturalibus viribus Angelorum art. cit. ad 7. & q. 62. art. 3: sed de conuersione conseruentur ad Deum ut ad finem supernaturalem. Quia conuersio duplex est, ex eodem D. Thom. q. 62. art. 3 ad 3. via beatifica altera meritoria, texta also istiua ad beatificationem,

Suppono secundò nomine gratiae in elli-
gi hoc loco deum seu beneficium diuinum
ex visu creationis aut naturae rei non de-
betum. Suppono tertio, ea quae de gloria
supernaturalitate, & gratiae necessitate con-
tutur in Scriptura, generatim intelligenda es-
se, non solum de hominibus, sed etiam de
Angelis. Sic enim docent Sancti Patres

communiter, Basil. Didym. Cyrus Hiero-
pol. Ambros. Augustin. Fulgent. Damasc.
& alii locis relatis à Suare lib. 5. de Ange-
lis cap. 1. num. 8. & sequent. Idque tan-
quam fide ceruum docent communis consen-
su Theologi, propter illud Roman. 12. Gra-

tiæ. *Dei vita eterna.* Et 2. Timoth. 4. Qui
lucem habitas inaccessibilem: & propter defi-
nitionem Concilii Viennensis. Clement.
Adversus, d. Hæreticis: *Vt* dicitur, na-
tum intellectualem (id est, Angelos æq;
ac homines) non esse natura cetera beatæ: & ani-
mæ debet elevari lumine gloria, ut Deū vi-
dere possit. Et in cœlura Pii V. & Greg. XIII.
cenera Michaëlem Baiuaria art. 306. 18. 24.
& 25. statuitur, hominem adhuc integrum,
& Angelos debuisse elevari per dona super-
naturalia: *vt* mereretur vitam eternam:
debui, *et* sublimari per gratiam adoptionis.

His premisis manifestum est, gratiam Ange-
lis multipliciter necessariam fuisse. Pri-
mo enim, cùm clara Dei visio, & reliqua
beatitudo, sit illis supernaturalis, æquæ ac ho-
minibus: gratia beneficium fuit, & donum
naturæ non debitum, quod Deus ex mer-
tuo beneplacito ad finem illum supernatu-
rale in Angelos ordinaverit, & non in puris
naturalibus reliquerit. Atque hæc fuit gra-
tia vocationis.

Secundo, cùm Deus Angelos, quippe in-
tellectuales & liberos, prædestinaverit ad
beatitudinem consequendam per media con-
uenientia, id est, per proprios actus liberos
& morales, media autem conuenientia de-
beantur proportionata: consequens est,
ut actus illi fuerint supernaturales, ut fi-
nis, & ex gratia praecipientes. Nam actus
non procedentes ex gratia, sed ex pura na-
tura, essent prius naturales. Ego impro-
portionati beatitudini supernaturali. Neque eni-
m visio Dei, & reliqua beatitudo, *est* Angelis supernaturalis, sed eam possent
infringere, se disponere viribus naturalibus.

Quare ad hujusmodi actus exercendos, ne-
cessaria fuit tam gratia praæsumens, seu gra-
tia vocationis, id est, auxilium speciale illu-
minationis & praæmissionis, quo Deus intel-
lectum & voluntatem præuenit ad eiusmodi
actus liberos conuertit, nisi actualis in Deum
exercendos: non etiam gratia concomitans,
& physice corporis in ipso exercitio actus
liberi supernaturalis consensus in vocatio-
ne, seu conuersationis libera, actualis in
Deum. Verum enim est etiam de Angelis
illud Apostoli: *Natus potest dicere Dominus*
Iesus (v. in ea ad vitam eternam) *nisi in spi-*
ritu sancto, *ut* expiæ tradit Basil. lib. de
Spiritu sancto, cap. 16. Et D. Augustin. lib.
12. desiuif. cap. 9. distet affirmat gratiam
excitante & cooperante fuisse sanctis
Angelis necessariam, *ut* Deo amore casto
adhærent. Et vero gratia non est tantum
necessaria hominibus propter peccatum ad
huiusmodi actus: sed ob naturæ impro-
portionem, propter quam non possunt viribus
solidis naturalibus conuenienter se disponere

ad gratiam sanctificantem, & ad gloriam:
ideoque etiam in statu innocentia gratia in-
diguerent. At Angelis sunt similiter impro-
portionati ad gratiam & beatitudinem su-
per naturale. *Ego* gratia pariter indi-
gent.

Tertiò, *vt* Angeli essent sancti & iusti,
pruisquam beati & gloriose; necessaria illis
fuit gratia habitualis, sive habitus gratia
sanctificatrix, & inhabitatio specialis Spir-
itus sancti. *Sanctificatio* enim non est absque spi-
ritu. Nec cœlorum virtutes suscep natura sancte
sunt, inquit Basil. loco cit. Et D. Augustin.
vbi supra, de Angelis æquæ ac de hominibus
intelligendum est, ait illud Pauli ad Ro-
man. 5. *Charitas Dei diffusa est in coribus nostris*
per Spiritum sanctum qui datus est nobis. Similia
tradunt Damascen. lib. 2. de fide cap. 3. & Damascen.
Didym. initio libri 1. de Spiritu sancto, vbi Didym.
generatim affirmat omnem creaturam que
sancta est, non ex sua substantia, sed ex com-
municatione alterius sancti, sanctam perfici-
ci. Hæc ergo fuit gratia sanctificationis per
quam Angelis habitualiter iusti & sancti; &
filii Dei adoptiui, atque hæredes vita æter-
nae, constituti fuernnt.

Quarto, quod Angelii boni, malis caden-
tibus persistirint in gratia, & sollicitanti-
bus ad peccandum restiperint, aut Deo ali-
quid exigenti paruerint, contra quam An-
geli rebellis & Apostata, gratia donum
fuit. Gratia scilicet perseverantia, de qua
Fulgent. lib. de fide ad Petrum cap. 3. ait, Fulgent
sanctos Angelos veram Dei dilectionem &
perseverantiam in illa gratis & ex diuinâ in-
spiratione ac dono, non minus quam homi-
nes accepisse. Et lib. 2. ad Thrasimund. cap.
3. dicit, eandem gratiam operari in homine
& resurgat; quæ in Angelo, ne caderet, o-
perata est. Similia habet Beda in Psal. 32. *Beda*
eoque refert allegoricè illud, eiusdem Psal-
mi, *Verbo Domini cali firmati sunt, & spiritu*
oris eius omnis virtus eorum: id est, inquit,
quod celestes exercitus Cherubim ac Seraphim
pauricante Diabolo persistirunt, non ex se, sed
ex Domino Patre, & Verbo eius habuerunt:
& non pars virtutis, sed omnis virtus eorum
est ab spiritu oris eius.

Quinto, si Angelii gloriantur, eruerunt
de condigno, *vt* doceat S. Thom. quart. D. Thom.
66. art. 4. & nos infraius dicemus cum
communi sententia; gratia beatissima
fuit, cum quod Deus illam merito sub-
iecerit, Angelisque, sicut hominibus,
ne*re* illam in hereditate, sed & in præ-
mium ac mercede propoluerit: tum
etiam quod Angelos in actu primo, seu
principio completo & sufficiente ad con-
digne merendum constituerit: tum de-
nique quod ad merendum, id est, ad
actum meritosum exercendum, exci-
tarit & fuerit per gratiam præueni-
tem, & concomitantem seu cooperan-
tem. Ad merendum autem ex parte
principii praæcessaria est gratia sanctifi-
cans, quæ est radix & principium
meriti.

Suar.

Viennensi.

Pius V.

Angeli
eguerant
gratiæ præ-
dictæ ratio-
nis.

27.

Et gratiæ
me-
rciæ, atque
concor-
diance.

Basil.
August.

28.

Et gratia
perse-
veran-
tia.

Beda

30.

Et genia
ad mer-
cianas

Disput. XLIII. de Angelis, Sect. IV. & V. 793

mentum, ut docet S. Thom. I. 2. q. 114. articulo secundo, & confirmat Trident. sententia 6. cap. 16. Quare gratia habitualis non fuit tantum Angelis necessaria, ut essent sancti formaliter, & illi, & ad beatitudinem ut ad hereditatem ius habentes: sed etiam ut tanquam ad coram iustitiae, & mercedem repositam iustis diligentibus Deum, id est, ex charitate supernaturali operantibus.

31. **Elenchus gratia glorificationis**
Sexto tamenque, gratia beneficium, sicut horum omnium consummatio per donum glorificationis: cum Deus ipsis vocatis, consentientibus, iustificatis, perseverantibus, & bene meritis, claram sui visionem, & alias partes vel adiuncta supernaturalis beatitudinis concutit. Quae quasdam sint etiam iustitiae, quatenus tantur titulo metiti: sunt tamen dona gratiae in radice, quatenus ipsa merita sustentantur in gratia, & omnia pendunt a prima vocatione aut dispositione purae gratiae. Sieque demum, ut ait Apostolus ad Rom. 8. v. 30. Quos predestinavit, eos vocauit: & quos vocauit, hos & iustificauit: quos autem iustificauit, illos & glorificauit, perseverantes scilicet usque ad finem haec id est, tempore ad salutem suam procurandam concepsi, & afferentes merita & dispositioes ad consequendam gloriam necessarias secundum Dei ordinaciones.

SECTIO V.

Verum Angelii sunt creati in gratia sanctificantes

32. **Omnis angelus**
Deo primo, omnes Angelos possent ali quando expertes omnis culpa in statu gratiae sanctificantis. Id ut minimum probabilius esse docent D. Thomas quest. 62. articulo 3. Caetanus, Baues, & alii Thomista ibidem, Albert. 2. parte Summa tract. 4. quest. 18. mero. 1. Capro. in 2. dist. 4. quest. 1. art. 3. contra quintam conclusionem: Durandi ad eandem distinctionem quest. 2. Gregor. Ariminensi quest. 1. art. 3. conclus. 1. Maior ibidem quest. 1. Gerlon. 4. parte 13. princip. in sermone d. Angelis, & alii quos est recentioribus sequuntur Valquez disp. 227. cap. 2. & sequentibus, Valent. q. 13. de Angelis, puncto 1. Socr. lib. 5. cap. 3. num. 6. & plures alii.

Probatur primo ex Scriptura, Isaiae 14. v. 12. Quomodo cecidisti de celo Lucifer, qui mane oriebaris &c. ubi licet ad literam sit sermo de Nabuchodonosore Rege Babylonis: tamen in sensu mystico de Lucifero Princeps Angelorum rebellium id intelligunt multi Patres, ut Origen. 4. Periarch. cap. 2. Tertul. lib. 5. aduersus Marcion. cap. 17. Athanas. libro de Passione Christi Tomus I.

Ali & cruce, Euseb. lib. 4. de preparatio- Euseb.
ne Euangelica cap. 9. Hieron. & Cyril. Hieron.
In cap. 14. Isaiae, Ambros. in illud psal. 118. Cyril.
Increpati superbor, Augustin. lib. 3. de do- Ambros.
Gloria Christiana cap. 37. Gregor. lib. 4. epist. 38. cap. 82. Bern. serm. 2. in octauam Pascha. Tam grauis autem interrogatio, & admiratio, videatur probaber inter specialem emphasis habere, & significare casum non tanquam e celo materiali, sed ex eminenti quadam dignitate & excellencia: supernaturali scientia: naturalem enihi non amisit.

Huc etiam facit illud Ezechielis 28. v. 13. In signaculum similitudinis, plenus sapientia & perfectus decor, in deliciis paradisi Dei facti, omnis lapis pretiosus operimentum tuum, &c. & paulo post cap. 14. In medio lapidum ignitorum ambulasti, perfectus in virtute, a die conditionis tuae, donec inuenisti vestigia iniquitatis. Quia licet ad literam dicta de Rege Tyti: tamen de demonre rebellium principe intelliguntur passim a Patribus, Origene, lib. 1. Peristeth. c. 5. Tertul. lib. 2. Tertull. copira Marcion. cap. 10. Ambros. lib. de Paradiso cap. 2. Hieron. & Theodoret. in hunc locum Ezechielis, August. lib. 1. Hieron. Theod. de Genesi ad lit. cap. 25. Cyril. lib. 3. August. in Ioan. cap. 29. Gregor. libro 2. Moral. Cyril. cap. 18. aliis 24. & communiter a centioribus interpretibus: qui ponderant primò verba illa, In signaculum similitudinis, Dei scilicet, tunc singulari excellencia. Unde Gregor. libro 2. Moral. cap. 18. Quid boni non habet, si signaculum similitudinis sicut? Secundo, per verba illa, in modo lapidum ignitorum, intelligunt sanctos Angelos charitate flagrantes & ignitos, ut S. Augustin. lib. 13. de ciuitate cap. 15. & Gregor. loco supra citato: atque adeo Luciferum in medio eorum possum, instar Regis in pati aulicis, quando inter eos ambulat, eodem igne flagrare. Tertio, verba illa, plenus sapientia & perfectus decor, & perfectus in virtute, donec inuenias vestigia iniquitatis, probabiliter significant perditionem & iustitiam supernaturalem, a qua Daemon excedunt. Naturalia enim dona non solent in Scriptura antisper exaggeratedi.

Adde illud Iudea 6. dictum generaliter de Demonibus, Angelos qui non fuerunt summi principatus, sed dereliquerunt summum omnium, in iudicium magni dei, videntur sub caligine reseruari. Constat autem Demones non possent privatos naturali omnipotenti, neque scientiis, & similibus honestis, naturalibus, secundum que est naturalis subordinationis inter malos Angelos. Neque etiam fuerunt celo, exclusi, & privati inde in gloriarum celestis domicitate, nisi propter peccatum. Nam sicut gratia supernaturalis, cui haereditatis causa debetur gloria. Adde etiam illud Iob 4. v. 18. Ecce qui sumunt eiron sunt stabiles, sed in Angelis suis operari primitates. Vbi Angelos apostatae qui se-

August.
Gregor.